Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



178

& suam infidelem existimationem qua p auari
ciam sublimitatis & dominationis se donum
dei accipere possit confidat sacrandus minime est.
quia si talis sacratur. exemplum beati petri ñ
tenetur. Nam cum quis non pro salute anime
sue eplm eligere. sed inuestiendo idest dominan
do insignia presulatus alicui dare desiderat. &
eum sacrari petit. quid aliud uult nisi ut cui
ipse manus impo[suerit]nit. idest potestatem terre
narum rerum ecclie dederit accipiat spm scm.
Quod non ei esse concedendum. testatur exem
plum beati apli qui symoni hoc uolenti ait.
Pecunia tua tecum sit in pdicione. quia existi
masti donum dei pecunia possideri. Quid e
nim & iste aliud existimat nisi donum dei p
auariciam possideri. cum existimat eum fie ri
ri eplm cui ipse supra modum sublimitatem
& honorem terrenum ambiens. inuestitura
presulatus dederit. Sibi utiq; uendicans
quod dei est. Dei autem ee non solum spiri
talia sed etiam corporalia que ecclia possidet
satis habundeq; supra docuimus. Omne enim
quod do offertur sacrum ee tam ueteris quam
noui testamenti & scorum patrum dictis pbatum
Cont eos. q do putant iuste impribus ecclas inuestire. q a nn
Proferuntur li antiq. q inuestiti s. sci fuerit.
a quibusdam quedam priuilegia scorum apticorum
quibus patrocinantibus se putant canonicam